dominum piscantibus scriptum est cum ipsum in litore stantem
viderent. Non enim longe erant a terra sed quasi cubitis
CC trahentes rete piscium. Per CC autem cubitos rete plenum
magnis piscibus discipuli ad dominum trahunt. effectum suae re-
surrectionis iam in litore mortis stantem. Cum sancti praedica-
tores et iudaeis et gentibus verbum fidei committunt atque utrius-
que populi electos a fluctibus saeculi piscantur et translatos ad futurae
gloriae pacis et immortalitatis litus perducunt. Circuitus ergo
capitelli secundi. Ducentos habebat ordines in circulo granato-
rum cum sublimiter regni caelestis utriusque populi elec-
k' tos in una beatitudinis arce colligit. Et fecit duas colum-
nas in porticu templi. Cumque statuisset columnam dexteram
vocavit eam nomine Iachin id est firmitas. Similiter erexit secun-
dam columnam et vocavit nomen eius Booz id est in robore. Dexte-
ra columna ut supra diximus exprimit figuram doctorum
qui primitivam in hierosolimis instituerunt ecclesiam.
Secunda eorum qui ad praedicandum gentibus destinati sunt.
Vel certe dextera columna eos significat qui venturum in car-
ne dominum prophetando praedixerunt. Secunda illos qui hunc
iam venisse et mundum suo sanguine redemisse testan-
tur. Et recte vocabulo simul ambo censebantur columnae.
Cum una firmitas altera in robore dicta. Virtus fidei
et operis fortitudo cunctis in istis doctoribus monstraretur.
Nostrique temporis inertiae tacite notaretur. Ubi sic est non
nulli doctores sacerdotes et columnas domus dei videri atque
appellari volunt. Cum nihil in se prorsus firmae fidei ad

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

Fragmentarium
License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 87-88 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 107-108.132-158, ParisBNFBaluze270_294_f139v – Bede, <i>De templo Salomonis</i>, annotated by Florus of Lyons (https://fragmentarium.ms/view/page/F-v2mv/426/6246)